

## **Inquisition Post Mortem Henry de Percy 1314/1315**

The folder has the reference TNA C 134/41. It contains two collections of documents, of which Percy's is the first, so TNA C 134/41/1. The second collection, of two membranes, is for a William de Morers.

The Percy collection comprises 32 separate documents, all of one membrane of parchment except for item 23, which comprises 4 membranes. The writ is the first item, and the Cleatop/Giggleswick item is the seventh.

Various numbering schemes have been on the parchment over the years, some numbering the items and others the individual sheets. However, these files are usually referred to by the section number, written on the parchment attaching the original to the folder. Therefore, the full reference of the writ is C 134/41/1/1. The section concerning Cleatop and Giggleswick is C 134/41/1/7.

Transcription professionally carried out from the original documents by Dr Jonathan Mackman, February 2023.

---

### **IPM Writ Henry de Percy 1314/1315**

TNA C 134/41/1/1

Edwardus, dei gratia Rex Anglie, Dominus Hibernie et Dux Aquitanie, dilecto et fideli suo Johanni Abel, Escaetori suo ultra Trentam /

salutem. Quia Henricus de Percy, qui de nobis tenuit in capite, diem clausit extremum, ut accepimus, vobis mandamus quod omnes /

terras et tenementa de quibus idem Henricus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo in balliva vestra die quo obiit, sine dilatione capiatis /

in manum nostram et ea salvo custodiri faciatis donec aliud inde preceperimus. Et per sacramentum proborum et legalium hominum de balliva vestra /

per quos rei veritas melius sciri poterit diligenter inquiratis quantum terre idem Henricus tenuit de nobis in capite in balliva /

vestra die quo obiit, et quantum de aliis, et per quod servicium et quantum terre ille valeant per annum in omnibus exitibus et /

quis propinquior heres eius sit, et cuius etatis. Et inquisitionem inde distincte et aperte factam nobis, sub sigillo vestro /

et sigillis eorum per quos facta fuerit, sine dilatione mittatis et hoc breve. Teste me ipso apud Ebor x die Octobris anno /

regni nostri octavo. /

## Section of the IPM concerning Cleatop and Giggleswick

TNA C 134/41/1/7

Eboracum. Extenta de Westridd' Percy

Inquisitio capta apud Gisburne in Cravene in Comitatu Eboracum die Sabbati proxima post festum Sancti Luce Ewangeliste Anno regni Regis /

Edwardi filii Regis Edwardi viij Coram Johanne de Eure, Escaetore domini Regis citra Trentam, per Johannem de Boulton, Adam /

[*long list of jurors names which are difficult to read and not transcribed*]

juratores ad inquirendam quas terras et quae tenementa Henricus de Percy tenuit de domino Rege in capite die quo obiit in dominico suo de /

feodo, et quantum de aliis, et per quod servicium, et quantum valeant per annum in omnibus exitibus, et quis propinquior heres eius sit, /

et cuius etatis. Qui dicunt super sacramentum suum quod idem Henricus tenuit quasdam terras et quedam tenementa subscripta per servicium /

unius feodi militis <sup>et dimidii</sup> et nichil de aliis in wappentagio de Staincliff in eodem comitatu, videlicet. Dicunt quod: /

*Cletoppe in margin*

Est apud Cletoppe unum capitale messuagium continens in se dimidiam acram terre et non extenditur quia multum indiget /

in reprisa et in reparatione domorum. /

*Dominica in margin*

Et sunt ibidem <sup>iiii<sup>xx</sup></sup> acre<sup>1</sup> terre in dominico, quarum quelibet acra valet per annum ~~viiij d.~~ lxvj s. viij d.<sup>2</sup> Et sunt ibidem in /

[dominico] xxxviiij acre prati, quarum quelibet acra valet per annum xx d. <sup>ij s.</sup> lxxvj s. ~~iiiiij d.~~<sup>3</sup> Summa ~~exvj s viij d~~ <sup>vii li. ii s. viij d.</sup> /

---

<sup>1</sup> i.e. four score (80).

<sup>2</sup> The 8d. has been underlined for deletion, but has not been replaced. The sum would seem to be 66s. 8d., which equates to 10d. per acre.

<sup>3</sup> The 20d. has been underlined to denote a deletion, and replaced with 2s. written above it.

*Agistamenta in margin*

Et est ibidem agistamentum in pastura in estate, et valet per annum iij s. iiij d. Et est ibidem aliud agistamentum post fenum et bladum /

asportatum, et valet per annum ij s. /

Summa v s. iiij d. /

*Halmotum in margin*

*Molendinum in margin*

Et est ibidem quoddam halmotum bondorum, et valet per annum xvj s. Et est ibidem quoddam molendinum aquaticum, et valet /

per annum ad terminos Sancti Martini et Pentecostes liij s. iiij d. Et est ibidem tolnetum nundinarii et ferie Sancti Laurencii, et fori per /

annum, et valet per annum ad predictos terminos lxiiij s. Et est ibidem commune furnum, et valet per annum ad eosdem terminos x s. /

*Turbaria in margin<sup>4</sup>*

Est ibidem quedam turbaria, et valet per annum iij s. iiij d.

Summa vij li. v s. viij d.

*Liberi tenentes in margin*

Henricus le Wait tenet unum toftum et duas bovas terre per servicium militis, et reddit per annum ad terminos Sancti Martini et Pentecostes vj s. viij d. /

Robertus Aubray tenet unum toftum et unam bovatom et dimidiam terre per idem servicium, et reddit per annum ad eosdem - vj s. /

Henricus Godard tenet unum toftum et croftum, et reddit per annum ad predictos terminos - ij s. /

Adam le Wayt tenet unum toftum et tres acras terre per idem servicium, et reddit per annum ad eosdem terminos - xij d. /

Ricardus le Wayt tenet unum toftum et dimidiam acram terre per idem servicium, et reddit per annum ad eosdem – iij d. /

Johannes Godard tenet unum toftum per idem servicium, et reddit per annum ad eosdem terminos – iij d. /

Thomas filius Roberti filii Petri tenet unum toftum libere, et reddit per annum pro omnibus ad eosdem terminos – xiiij d. /

Johannes de Otreburne tenet unum toftum et unam placiam prati et reddit per annum ad eosdem pro omnibus - v d. /

Summa xvij s. ix d. /

---

<sup>4</sup> Turbary

Tenentes ad voluntatem *in margin*

Sunt ibidem diversi tenentes ad voluntatem qui tenent diversas terras et tenementa, et reddunt per annum ad eosdem terminos - iiij li. xviiij s. <iiij d.> /

Summa iiij li. xviiij s. iiij d. /

Bondagii<sup>5</sup> *in margin*

Et sunt ibidem x nativi qui tenent x tofta et x bovatas terre in bondagio, et reddunt per annum pro quelibet bovata ad eosdem terminos - x s. - /

c s. Et sunt ibidem octo cotarii qui tenent viij cotagia et reddunt per annum ad eosdem terminos xxxix s. j d. ob./

Summa vj li. xix s. j d. ob.

Summa totalis istius – xxvij li. xix s. j d. ob.

Gigleswyke *in margin*

Est ibidem quoddam capitalem mesuagium et reddit per annum ad eosdem terminos v s. Et sunt ibidem in dominico xv acras terre arabile et /

valet quelibet acra per annum viij d. - x s. Et sunt ibidem xij acras prati in dominico, et valet quelibet acra per annum ad eosdem xx d. - /

xx s.

Summa xxxv s. /

Molendinum *in margin*

Est ibidem quoddam molendinum aquaticum, et valet per annum ad eosdem terminos lxxvj s. viij d. /

Summa lxxvj s. viij d. /

Liberi tenentes *in margin*

Laurencius del Banke tenet libere unum toftum et unam bovatom terre, et reddit per annum ad festum Sancti Martini unum librum piperis, et /

valet x d. Adam de Palay tenet unum toftum et unum croftum, et reddit per annum ad terminos Sancti Martini et Pentecostes ij s. ij d. Laurencius /

Carpentarius tenet unum toftum et unam assartam libere, et reddit per annum ad eosdem terminos xij d. Petrus del Keld tenet unum /

toftum et quatuor bovatas terre, et reddit per annum ad eosdem terminos unum librum cimini, et valet j d. ob. Ricardus de Saileberhg' /

tenet unum toftum et unam assartam, et reddit per annum ad eosdem terminos xvj d.

Summa v s. v d. ob. /

---

<sup>5</sup> Not certain of this expansion.

Tenentes ad voluntatem *in margin*

Et sunt diversi tenentes qui tenent < ix toftas et > xj bovatas terre ad voluntatem, et reddunt pro qualibet bovata per annum vj s. - lxxvj s. /

Summa lxxvj s. /

Bondagii' *in margin*

Et sunt ibidem tres nativi qui tenent < tria toftas et > tres bovatas terre in bondagio et reddunt pro qualibet bovata vj s. - xviiij s. Et sunt ibidem diversi /

cotarii, qui tenent diversa cotagia, et reddunt per annum lx s. ad eosdem terminos. Summa lxxviiij s. /

Rathmell *in margin*

Sunt ibidem diversi tenentes qui tenent v toftas et tres bovatas et duas acras terre et reddunt pro qualibet bovata cum tofto ad eosdem per annum v s. /

Et est ibidem terciam partem unius molendini et valet per annum xv s. ad eosdem terminos /  
Summa xx s.

Bukden and Langstrothdale *in margin*  
*Not transcribed*

NOTES by MJS

John de Eure was Escheator beyond Trent (1277- c1322) in 1313 and 1314, Sheriff of Yorkshire 1310-1311, and Collector of tallage tax in Northumberland and Yorkshire 1312.

A cottage is valued at just under 5s rent.

Demesne land is valued at 10d/acre

Demesne meadow is valued at 2s/acre

The halmot court is of Saxon origin and is for bonded tenants.

Toloneum nundinarii – market tolls.

There are eight free tenants in Cleatop and five in Giggleswick.

Some short forms are found in Martin, *The record interpreter*